# Mythologia, Venise, 1567 - X [65] : De Pasiphae

### Auteur(s) : Conti, Natale

","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.__jsonld); }); */ }, false);

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X**

Mythologia, Francfort, 1581 - X [65] : De Pasiphae

*est une version augmentée de ce document*

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VI**

Mythologia, Venise, 1567 - VI, 05 : De Pasiphae

*a pour résumé ce document*

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X**

Mythologie, Lyon, 1612 - X [65] : De Pasiphaë

*est une transformation de ce document*

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X**

Mythologie, Paris, 1627 - X [65] : De Pasiphaë

*est une transformation de ce document*

# Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

gentibus vaporibus intueamur, rubentem videmus, vnde roſea vocata fuit. Quæ de Memnone tradita ſunt memoriæ. cum is orientis regionibus imperauerit, omnia ad hiſtoriam ſpectant.

### *De Tithono.*

NVLLA alia de cauſa fictam fuiſſe Tithoni fabulam crediderim, quòd in cicadam denique fuit mutatus ob longam ſenectutem, niſi vt oſtenderét mortem eſſe omnium calamitatum ac miſeriarum humanarum finem, quæ Deorum immortalium beneficio ſit hominibus conceſſa; quippe cum Tithonus, cui immortalitas Auroræ precibus impetrata fuerat, ſupplex à Diis petiuerit, vt ſibi liceret mori, cum ſatius eſſe duceret ſemel interire, quàm ſemper eſſe miſerum, naturæq́; difficultatibus infeſtari.

### *De Paſiphae.*

PER Paſiphaes vero fabulam animæ noſtræ naturam antiqui oſtendebant: eſt enim anima hominum Minois vxor viri iuſtiſsimi, quòd omnia noſtra negotia debent eſſe cum ratione coniuncta. vbi vero illegitimarum rerum appetentia inflammata fuerit, aut cupiditate exarſerit alicuius turpitudinis, aut ira incaluerit plus æquo, deſciueritq́; aliquo pacto ab ipſa ratione; cum dicitur committere adulterium, & cum tauro congredi, ex quo mõſtrum parit. nam qui ſemel leges contemnere æquitatemque didicerit, difficillimè poſtea poteſt intra iuſtitiæ clatros coerceri, quare multa poſtea & pernicioſa monſtra ex iniqua animi conſuetudine naſcuntur.

### *De Circe.*

AT per Circes fabulam, quæ dicta eſt à miſcendo, ſignificarunt animalium & plantarum generationem, quòd in ea neceſſe ſit humorem à calore miſceri; quare miſtio hæc ſolis & humoris filia fingebatur. miſcentur enim ab ipſa natura inter ſe elementa cum aliquid procreant. cùm vero ſempiterna ſit hæc generandi ratio, & elementorum natura, Circen immortalem eſſe dixerunt. & quoniam vnius corruptio generatio ſit alterius, neque vnquam aliud eiuſdem formæ ex illa corruptione naſci poteſt, ſed longe diuerſum, finxerunt hanc poſſe homines in varias animalium formas mutare. Vlyſſes ab illa non mutatur, cum anima immortalis exiſtens & ab omni corruptione immunis, non habeat principia in quæ diſſoluatur, cum diuina quædam facta ſit à Deo per ſe ſubſiſtens οὐσία ſiue ſubſtantia per hæc igitur immortalem eſſe animam ſignificarunt, quamuis corpus multis morbis vexetur, & corruptioni denique ſit obnoxium. Ethicè.

Circe libido eſt, quæ naſcitur ex humore & calore in animalibus, hæc titillatio naturæ ſi nobis dominetur, belluarum vitia in animis noſtris imprimit, & pro cuiuſque ingenio modo in Venerem impellit, modo ad iram perducit, modo crudelitatis & improbitatis omnis vim nobis imprimit: quare dicti ſunt comites Vlyſsis animæ motus ſcilicet in belluas diuerſarum formarum conuerſi. Sed quoniam adhoc nonnihil impellit vis ſyderum, dicta eſt ſydera etiam de cœlo deducere. at anima quæ prudens & diuina exiſtit, ſi



Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1009?lang=en?context=pdf